tantum dicitur, quod sentire et intelligere est quoddam pati, passio autem cum abiectione non est, nisi secundum transmutationem corporalem, unde passio proprie dicta non potest competere animae, nisi per accidens, inquantum scilicet compositum patitur. Sed in hoc est diversitas; nam quando huiusmodi transmutatio fit in deterius, magis proprie habet rationem (Seinsweise, Beziehung) passionis, quam quando fit in melius, unde tristitia magis proprie est passio, quam laetitia, th. I. II. 22. 1 c. Wie man hieraus ersieht, ist von einer passio animae immer nur die Rede mit Bezug auf eines ihrer Vermögen, durch welches die Aufnahme eines Eindrucks oder einer Form, d. i. einer nähern Bestimmung stattfindet. Diejenigen Vermögen aber, bei welchen vorzugsweise von einer passio gesprochen wird, sind nicht die Erkenntnisvermögen, sondern die Begehrungsvermögen (vgl. ib. 2 c), und von diesen wieder nicht so sehr das übersinnliche Begehrungsvermögen oder der Wille, als vielmehr das sinnliche Begehrungsvermögen, welches sich in die vis concupiscibilis und irascibilis teilt (vgl. ib. 3 c): Ad rationem passionis p r i m o quidem pertinet, quod sit motus passivae virtutis (Vermögen), ad quam scilicet comparetur suum obiectum per modum activi moventis, eo quod passio est effectus agentis, et per hunc modum etiam sentire et intelligere dicuntur pati; s e c u n d o m a g i s p r o p r i e d i c i t u r passio motus appetitivae virtutis, et a d h u c m a g i s p r o p r i e motus appetitivae virtutis habentis organum corporale, qui fit cum aliqua transmutatione corporali, et adhuc p r o p r i i s s i m e illi motus passiones dicuntur, qui important (einschließen) aliquod nocumentum, ib. I. II. 41. 1 c; p r o p r i i s s i m e dicuntur passiones animae affectiones appetitus sensitivi, ib. III. 15. 4 c. Was nun die passiones des sinnlichen Begehrungsvermögens betrifft, so sind sie der Sache nach ganz identisch mit den sinnlichen affectus s. affectiones (motus animi Graeci *πάθη*, nostri autem, sicut Cicero, perturbationes, quidam affectiones vel affectus, quidam vero, sicut in graeco habetur, expressius passiones vocant; ex quo patet, quod passiones animae sunt idem, quod affectiones, ib. I. II. 22. 2 c), d. i. mit den Gemütsbewegungen (motus animi, ib.) oder Gemütserregungen (concitationes animi, ib. I. 82. 5 ad 1), und werden deshalb zuweilen auch p a s s i o n e s a f f e c t u u m s. a f f e c t i v a e oder passiones secundum a f f e c t i o n e m a l i q u a m (cg. I. 89) genannt. Unter denselben hat man aber dem Voraus-

gesagten gemäß nicht bloß die starken und übermäßigen Aufwallungen, sondern auch die sanften und normalen Regungen des Gemütes zu verstehen (semper actum appetitus sensitivi concomitatur aliqua transmutatio corporis, et maxime circa cor, quod est primum principium motus in animali; sic igitur actus appetitus sensitivi, inquantum habent transmutationem corporalem annexam, passiones dicuntur, th. I. 20. 1 ad 1; passiones dicimus omnes motus appetitus sensitivi, ib. I. II. 59. 5 c; vgl. ib. I. 20. 1 ad 1), obgleich freilich die ersteren den Namen passio mit mehr Recht verdienen, weil sie nämlich dem Organismus Schaden bringen (s. oben): passio autem quandoque quidem est moderata secundum rationem (Vernunft), quandoque autem caret moderatione vel per excessum, vel per defectum, et secundum hoc est passio vitiosa; sumuntur autem quandoque nomina passionum a superabundanti, sicut ira dicitur non quaecumque, sed superabundans, prout scilicet est vitiosa, ib. II. II. 127. 1 c; vgl. ib. 158. 2 c. In passionibus sensitivi appetitus est considerare aliquid quasi materiale (sich nach Weise der Materie verhaltend, s. materia), scilicet corporalem transmutationem, et aliquid quasi formale (sich nach Weise der Form verhaltend, s. forma), quod est ex parte appetitus, sicut in ira materiale est accensio sanguinis circa cor vel aliquid huiusmodi, formale vero appetitus vindictae, ib. I. 20. 1 ad 2, vgl. ib. I. II. 28. 5 c. Daraus ist denn auch zu erklären, wenn es heißt: motus appetitus sensitivi est cum passione et transmutatione corporali, ib. II. II. 158. 8 c. Jenachdem eine passio die Herrschaft über die intellektiven Vermögen des Menschen gewinnt oder aber innerhalb der Grenzen des sinnlichen Begehrungsvermögens verbleibt, nennt man sie entweder passio perfecta s. completa oder passio imperfecta s. inchoata (ib. III. 15. 4 c, 46. 7 ob. 3 u. ad 3), d. i. die vollständig zum Ausbruch gekommene oder am Anfang stehen gebliebene Gemütserregung. Man unterscheidet elf Arten von Affekten, wovon sechs (amor et odium, desiderium vel concupiscentia et fuga vel abominatio, gaudium vel delectatio et dolor vel tristitia) zur vis concupiscibilis (s. d. A.) und fünf (spes et desperatio, timor et audacia, ira) zur vis irascibilis (s. d. A.) gehören, vgl. ib. I. II. 23. 4 c. Vier von diesen Affekten, nämlich gaudium, tristitia, timor und spes heißen auch passiones principales, d. i. hauptsächliche oder

Grundaffekte; weshalb, besagt folgende Stelle: gaudium et tristitia principales dicuntur, quia sunt completivae (abschließend) et finales simpliciter (d. h.) respectu omnium passionum, unde ad omnes passiones consequuntur; timor autem et spes sunt principales, non quidem quasi completivae simpliciter, sed quia sunt completivae in genere (d. i. in dieser oder jener Art des Begehrens) motus appetitivi ad aliquid, nam respectu boni incipit motus in amore et procedit in desiderium et terminatur in spe, respectu vero mali incipit in odio et procedit in fugam et terminatur in timore, ib. 25. 4 c. Der Grund aber, jene elf Arten von Affekten und auch nur sie aufzustellen, liegt in der Verschiedenheit des Gegensatzes, welcher zwischen je zwei Affekten möglicherweise obwaltet: In passionibus animae duplex contrarietas (s. d. A.) invenitur, una quidem secundum contrarietatem obiectorum, scilicet boni et mali, alia vero secundum accessum et recessum ab eodem termino (d. i. Grenzpunkt, oder obiecto, wie es sonst auch heißt). In passionibus quidem concupiscibilis (s. d. A.) invenitur prima contrarietas tantum, quae scilicet est secundum obiecta, in passionibus autem irascibilis invenitur utraque. Cuius ratio (Grund) est, quia obiectum concupiscibilis est bonum vel malum sensibile absolute (s. bonus u. malus). Bonum autem, inquantum (als) bonum, non potest esse terminus ut (als) a quo, sed solum ut ad quem, quia nihil refugit bonum, inquantum bonum, sed omnia appetunt ipsum; similiter nihil appetit malum inquantum huiusmodi, sed omnia fugiunt ipsum, et propter hoc malum non habet rationem (Beziehung) termini ad quem, sed solum termini a quo. Sic igitur omnis passio concupiscibilis respectu boni est ut in ipsum, sicut amor, desiderium et gaudium, omnis vero passio respectu mali est ut ab ipso, sicut odium, fuga seu abominatio et tristitia, unde in passionibus concupiscibilis non potest esse contrarietas secundum accessum et recessum ab eodem obiecto. Sed obiectum irascibilis est sensibile bonum vel malum, non quidem absolute, sed sub ratione (Gesichtspunkt) difficultatis vel arduitatis (s. bonus u. malus). Bonum autem arduum sive difficile habet rationem (Beziehung), ut in ipsum tendatur, inquantum est bonum, quod pertinet ad passionem spei, et ut ab ipso recedatur, inquantum est arduum et difficile, quod pertinet ad passionem desperationis; similiter malum arduum habet

rationem, ut vitetur, inquantum est malum, et hoc pertinet ad passionem timoris, habet etiam rationem, ut in ipsum tendatur sicut in quoddam arduum, per quod scilicet aliquid evadit subiectionem mali, et sic tendit in ipsum audacia. Invenitur ergo in passionibus irascibilis contrarietas secundum contrarietatem boni et mali, sicut inter spem et timorem, et iterum secundum accessum et recessum ab eodem termino, sicut inter audaciam et timorem, ib. 23. 2 c. Nur die ira hat keinen Gegensatz auf dem Gebiete der Affekte: motus irae non potest habere aliquem motum animae contrarium, sed solummodo opponitur ei cessatio a motu, ib. 3 c.

b) Eigentümlichkeit, eigentümliche Seinsweise, gleichbedeutend mit proprietas oder proprium (s. d. A.): finitum et infinitum videntur esse passiones quantitatis, th. I. 7. 3 ob. 2; phantasticum et memorativum dicuntur passiones primi sensitivi (s. d. A.), ib. 78. 4 ad 3; natura generis perfecta non potest cognosci, nisi differentiae primae (s. d. A.) et passiones propriae cognoscantur, non enim perfecte sciretur natura numeri, si par et impar ignoraretur, sed universale et singulare sunt differentiae vel per se passiones entis (d. i. solche passiones, welche ihm zufolge seiner selbsteigenen Natur zukommen), cg. I. 65. Der passio per se, welche, weil aus seiner Natur und Wesenheit hervorgehend, mit dem Dinge, dem sie zukommt, immer fortdauert und deshalb auch forma permanens (s. forma) genannt werden kann, steht die passio transiens (th. II. II. 171. 2 c), d. i. diejenige passio gegenüber, welche ein Ding von außen her gewinnt und die darum auch nur von vorübergehender Dauer ist.

passive = nach Weise des Leidens oder Aufnehmens: exsecutio providentiae, quae gubernatio dicitur, passive quidem est in gubernatis, th. I. 23. 2 c.

passivus = leidend, aufnehmend: intellectus possibilis (s. d. A.) comparatur ad agentem ut proprium (das zu ihm gehörige) passivum sive susceptivum (sc. principium) ipsius, cg. II. 76. Zu potentia passiva s. potentia; zu principium passivum s. principium; zu scandalum passivum s. scandalum; zu virtus passiva s. virtus.

passus = a) gelitten habend: secundum genus passus est omnem passionem humanam, th. III. 46. 5 c. — b) leidend: oportet igitur ad hoc, quod sequatur effectus, quod in passo sit

Digitized by Google

potentia ad recipiendum et in agente sit victoria supra passum, cg. II. 30; passum autem movetur, ib. III. 84; violentum est, cuius principium est extra, nihil conferente vim passo, ib. 88.

pati = leiden. Man unterscheidet ein dreifaches Leiden, das Leiden im eigentlichsten, im eigentlichen und im allgemeineren Sinne des Wortes: Pati tripliciter dicitur, uno modo propriissime, scilicet quando aliquid removetur ab eo, quod convenit sibi secundum naturam aut secundum propriam inclinationem, sicut cum aqua frigiditatem amittit per calefactionem et cum homo aegrotat aut tristatur; secundo modo minus proprie dicitur aliquis pati ex eo, quod aliquid ab ipso abiicitur, sive sit ei conveniens sive non conveniens, et secundum hoc dicitur pati non solum, qui aegrotat, sed etiam, qui sanatur, non solum, qui tristatur, sed etiam, qui laetatur, vel quocumque modo aliquis alteretur vel moveatur; tertio dicitur aliquis pati communiter ex hoc solo, quod id, quod est in potentia (im Zustande der Möglichkeit) ad aliquid, recipit illud, ad quod erat in potentia, absque hoc, quod aliquid abiiciatur, secundum quem modum omne, quod exit de potentia in actum (in den Zustand der Wirklichkeit), potest dici pati, etiam cum perficitur, et sic intelligere nostrum est pati, th. I. 79. 2 c; vgl. ib. 97. 2 c, I. II. 22. 1 c. Was speciell die sensitiven Vermögen der Seele betrifft, so kann dabei ein Leiden im eigentlichsten Sinne des Wortes aus zweifachem Grunde sich einstellen, das eine Mal auf Grund einer allzu starken Einwirkung von seiten des zugehörigen Objektes und das andere Mal infolge einer krankhaften Störung oder Affizierung seines Subjektes: aliqua potentia animae potest pati dupliciter, uno modo passione propria (eigene, das Vermögen selbst treffende), quae quidem est, secundum quod patitur a suo obiecto, sicut si visus patiatur ex superabundanti visibili, alio modo aliqua potentia patitur passione subiecti, super quo fundatur, sicut visus patitur patiente sensu tactus in oculo, super quem fundatur visus, puta (z. B.) cum oculus pungitur aut etiam distemperetur per calorem, ib. III. 46. 7 c.

patria = a) irdisches Vaterland: pietas (s. d. A.) est, per quam redditur debitum parentibus et patriae, th. I. II. 60. 3 c.

b) himmlisches Vaterland, Himmel: de perfecta beatitudine, quae erit in patria, th. I. II. 4. 8 c; fides enim cum visione patriae (wie sie im Himmel ist) convenit in genere, ib.

Digitized by Google

67. 5 c; non potest pervenire ad aequalitatem caritatis patriae (wie sie im Himmel ist), ib. 6 ad 3, vgl. ib. II. II. 24. 7 ad 3; et ista est perfectio patriae (im Himmel), ib. 44. 4 ad 2; secundo per gloriam patriae (im Himmel), ib. III. 45. 4 c. Zu cognitio patriae s. cognitio. — Der Gegensatz von patria ist via (s. d. A.), vgl. ib. I. II. 67. 6 ad 3, II. II. 44. 4 ad 2 u. 6 c.

pax = Friede. Der Friede im Herzen des Menschen, d. i. eine innerliche Wirkung der Liebe (vgl. th. II. II. 28 pr.), ist gemeint, wenn es heißt: pax consistit in quietatione et unione appetitus, th. II. II. 29. 2 ad 3; und was diese unio betrifft, so gilt: duplex unio est de ratione pacis, quarum una est secundum ordinationem propriorum appetituum (s. d. A.) in unum, alia vero est secundum unionem appetitus proprii cum appetitu alterius, ib. 3 c, vgl. ib. 1 c. Man unterscheidet eine pax perfecta und eine pax imperfecta, d. i. einen vollkommenen und einen unvollkommenen Frieden: duplex est pax, una quidem perfecta, quae consistit in perfecta fruitione summi boni, per quam omnes appetitus uniuntur quietati in uno, alia vero est pax imperfecta, quae habetur in hoc mundo, quia etsi principalis animae motus quiescat in Deo, sunt tamen aliqua repugnantia et intus et extra, quae perturbant hanc pacem, ib. 2 ad 4.

peccare = fehlen, sündigen: peccare nihil aliud est, quam declinare a rectitudine actus, quam debet habere, sive accipiatur (mag da gedacht werden an) peccatum in naturalibus, sive in artificialibus, sive in moralibus, th. I. 63. 1 c.

peccatum = Fehler, Sünde: peccatum proprie consistit in actu, qui agitur propter finem aliquem, cum non habet debitum ordinem ad finem illum, th. I. II. 21. 1 c; peccatum proprie nominat actum inordinatum, sicut actus virtutis est actus ordinatus et debitus, ib. 71. 1 c; peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem aeternam, ib. 6 ob. 1; in peccato duo attenduntur (kommen in Betracht), scilicet conversio ad commutabile bonum, quae materialiter (nach Weise der Materie) se habet in peccato, et aversio a bono incommutabili, quae est formalis et completiva ratio (Form und Abschluß gebende Beziehung) peccati, ib. II. II. 162. 6 c.

Hauptsächlichste Arten des peccatum sind folgende: 1. peccatum actuale und peccatum originale, d. i. die persönliche Sünde

Digitized by Google

und die Erbsünde — actuale peccatum est inordinatio quaedam actus, originale vero, cum sit peccatum naturae, est quaedam inordinata dispositio (Anlage) ipsius naturae, quae habet rationem (Beziehung) culpae, inquantum derivatur ex primo parente, ib. I. II. 82. 1 ad 2; 2. peccatum capitale, d. i. Hauptsünde — dicitur vitium capitale uno modo a capite proprie dicto, et secundum hoc peccatum capitale dicitur peccatum, quod capitis poena punitur; alio modo dicitur peccatum capitale, prout metaphorice signat principium vel directivum aliorum, et sic dicitur vitium capitale, ex quo alia vitia oriuntur et praecipue secundum originem causae finalis (nach Weise des Ursprungs, wie die causa finalis oder der finis, d. i. der Zweck und die Absicht ihn bewerkstelligen, vgl. ib. 18. 6 c), quae est formalis origo (s. d. A.), et ideo vitium capitale non solum est principium aliorum, sed etiam est directivum et quoddam ductivum aliorum, ib. 84. 3 c; 3. peccatum carnale und peccatum spirituale, d. i. die fleischliche und die geistige Sünde — illa peccata, quae perficiuntur in delectatione spirituali (s. delectatio), vocantur peccata spiritualia, illa vero, quae perficiuntur in delectatione carnali, vocantur peccata carnalia, sicut gula, quae perficitur in delectatione ciborum, et luxuria, quae perficitur in delectatione venereorum, ib. 72. 2 c, vgl. ib. 73. 5 c — zwischen welch beiden dasjenige peccatum die Mitte hält, quod completur in his, quae ad carnem ordinantur, quamvis non in delectatione carnis, sed in delectatione animae magis perficiatur, ut avaritia, ib. III.[s] 15. 3 ad 2, vgl. ib. II. II. 118. 6 c; 4. peccatum commissionis s. transgressionis und peccatum omissionis (ib. I. II. 71. 5 c, 72. 6 c, II. II. 79. 4 c), d. i. die Begehungs- und Unterlassungssünde; 5. peccatum ex certa malitia, d. i. die Sünde der Bosheit — peccatum ex certa malitia dicitur esse, quod est ex electione mali, ib. I. II. 78. 2 a; 6. peccatum humanum und peccatum naturale s. naturae, d. i. die Sünde des einzelnen Menschen und die des ganzen Menschengeschlechtes, der Sache nach identisch mit peccatum actuale und originale — sicut peccatum actuale, quod per membrum aliquod committitur, non est peccatum illius membri, nisi inquantum (insofern) illud membrum est aliquid ipsius hominis, propter quod vocatur peccatum humanum, ita peccatum originale non est peccatum huius personae, nisi inquantum haec persona

recipit naturam a primo parente, unde et vocatur peccatum naturae, ib. 81. 1 c, vgl. ib. 83. 2 a; 7. peccatum mortale und peccatum veniale (ib. 77. 8 c u. ad 1, 88. 2 c, II. II. 59. 4 c, cg. III. 130), d. i. die Todsünde und die läßliche Sünde, mit andern Worten diejenige Sünde, welche das Leben der Seele zerstört, und diejenige, welche es noch bestehen läßt. — Zu servitus peccati s. servitus.

per = a) durch: Deus est bonus per suam essentiam, th. I. 6. 3 c; oportet dicere, quod Deus sit in omnibus per potentiam suam, per suam praesentiam, ib. 8. 3 c; secundum quod per se exsistit et non in alio, vocatur subsistentia, ib. 29. 2 c, vgl. ib. 30. 4 c, cg. II. 96; verum autem est dupliciter considerabile, uno modo sicut per se notum (s. d. A.), alio modo sicut per aliud notum, ib. I. II. 57. 2 c, vgl. cg. I. 10; per invocationem nominis Christi protestamur, th. III. 64. 3 c; quod praedicta veritas quasi demonstrative (s. d. A.) vel per se intellecta comprehendatur, cg. I. 8; per se autem intelligibilia sunt substantiae separatae, ib. II. 98.

b) für, an und für, in Bezug auf, was betrifft: per se igitur convenit esse ubique alicui, quando tale est, quod qualibet positione (Unterstellung) facta sequitur illud esse ubique, th. I. 8. 4 c; dupliciter enim aliquid corrumpitur, uno modo per se, alio modo per accidens (s. d. A.), ib. 75. 6 c; quod per se habet esse, non potest generari vel corrumpi, nisi per se, ib., vgl. cg. II. 87; prosecutio autem vel fuga est alicuius et per se et per accidens, per se quidem est prosecutio boni, fuga vero mali, per accidens autem potest prosecutio esse mali propter aliquod bonum adiunctum et fuga boni propter aliquod malum adiunctum, quod autem est per accidens, sequitur ad id, quod est per se, th. I. II. 45. 2 c; in his autem, quae sunt propter finem, per se dicitur aliquid, quod est intentum, per accidens autem, quod est praeter intentionem, ib. II. II. 59. 2 c; id, quod est per se, naturaliter prius est eo, quod est per accidens, ib. III. 84. 6 c; vgl. cg. I. 13; omne autem, quod movetur, aut movetur per se aut per accidens, cg. I. 13; generatio per se loquendo (um an und für sich, d. i. schlechtweg und ohne alle besondere Beziehung von ihr zu sprechen) est via in (zum) esse et corruptio via in non esse, ib. 26; cognoscit per se accidentia (die an und für sich ihr zukommenden Accidenzien,

Digitized by Google

ſ. accidens) illius naturae, ib. 50; quae attribuuntur alicui eidem secundum diversas formas, praedicantur de se invicem per accidens, ib. II. 58; iste ordo facit praedicationes esse per se (ſ. praedicatio), ib.; sic ex anima et corpore non fieret unum per se, sed unum per accidens, ib. 81; anima igitur per se habet suum fieri praeter modum aliarum formarum, quae fiunt per accidens, ib. 87; bonum solum per se cognoscitur et causatur, malum autem per accidens tantum, ib. III. 21; et est per se divisio entis (ſ. divisio), ib. 72.

c) nach Weiſe, gleichbedeutend mit per modum, womit es auch zuweilen abwechſelt: per prius dicitur nomen de illo, in quo salvatur tota ratio (Bedeutung) nominis perfecte, th. I. 33. 3 c; voluntas hominis non potest conformari voluntati divinae per aequiparantiam (ſ. d. A.), sed per imitationem, ib. I. II. 19. 9 ad 1; aliquid dicitur generale dupliciter, uno modo per praedicationem, sicut animal est generale ad omnia animalia, alio modo per causam, sicut sol est causa generationis omnium, quae generantur in his inferioribus (sc. regionibus), ib. 46. 1 c; delectatio divinae contemplationis ita per dispensationem (ſ. d. A.) divinae virtutis retinebatur, ib. III. 15. 6 c; operatur in sacramentis per auctoritatem (ſ. d. A.), ib. 64. 3 c; non quidem per modum principalis agentis sive per auctoritatem, sed per modum instrumenti, ib.; quod per participationem dicitur aliquale, non dicitur tale, nisi inquantum habet quamdam similitudinem eius, quod per essentiam dicitur, cg. I. 40.

perfectio = a) Vervollkommnung, Vollendung, Fertigſtellung: sive hoc habet per modum perfectionis, sive non, th. I. 4. 1 ad 1; prima actio non est perfectio agentis, ib. 18. 3 ad 1.

b) Vollkommenheit, d. i. der Inbegriff aller Seins- und Weſensmomente, welche einem Dinge thatſächlich zukommen müſſen, wenn es ſeiner Idee genau entſprechen ſoll (ſ. perfectus): de perfectione ipsius Dei dicendum est, th. I. 4 pr.; ad perfectionem alicuius rei dupliciter aliquid pertinet, uno modo ad constituendam essentiam rei, sicut anima requiritur ad perfectionem hominis, alio modo requiritur ad perfectionem rei, quod pertinet ad bene eius esse, sicut pulchritudo corporis vel velocitas ingenii pertinet ad perfectionem hominis, ib. I. II. 4. 5 c; Deus autem, cum sit

Digitized by Google

simpliciter (s. d. A.) perfectus, sua perfectione omnes rerum perfectiones comprehendit, cg. I. 40; signum perfectionis in rebus inferioribus (d. i. der Dinge hienieden) est, quod possunt sibi similia facere, ib. II. 6. Man hat bei jeder Sache eine doppelte Vollkommenheit zu unterscheiden, die perfectio prima und die perfectio secunda, d. i. die erste und die zweite Vollkommenheit: duplex est rei perfectio, prima et secunda; prima quidem perfectio est, secundum quod res in sua substantia est perfecta, quae quidem perfectio est forma totius, quae ex integritate partium consurgit; perfectio autem secunda est finis, finis autem vel est operatio, sicut finis citharistae est citharizare, vel est aliquid, ad quod per operationem pervenitur, sicut finis aedificatoris est domus, quam aedificando facit, th. I. 73. 1 c; vgl. ib. III. 29. 2 c, cg. II. 46, III. 25 u. 64. Teilt man die zweite Art von Vollkommenheit, insofern man nämlich die Thätigkeit, welche auf ein Ziel hinarbeitet, von dem Ziele selbst unterscheidet, so giebt es eine dreifache Art von Vollkommenheit: perfectio autem alicuius rei triplex est; prima quidem, secundum quod in suo esse constituitur, secunda vero, prout ei aliqua accidentia superadduntur ad suam perfectam operationem necessaria, tertia vero perfectio alicuius est per hoc, quod aliquid aliud attingit sicut finem, th. I. 6. 3 c. Diese letzte Vollkommenheit wird auch perfectio ultima genannt: ultima perfectio uniuscuiusque est in consecutione finis, ib. 103. 1 c; vgl. cg. III. 113. Neben der ersten und zweiten Vollkommenheit unterscheidet man übrigens auch noch die sogenannte perfectio dispositionis, d. i. die Vollkommenheit der Disposition oder Einrichtung: in rebus naturalibus primo quidem est perfectio dispositionis, puta (nämlich) cum materia est perfecte ad formam disposita; secundo autem est perfectio formae, quae est potior, nam et ipse calor est perfectior, qui provenit ex forma ignis, quam ille, qui ad formam ignis disponebat; tertio autem est perfectio finis, sicut ignis perfectissime habet proprias qualitates, cum ad locum suum provenerit, th. III. 27. 5 ad 2. — Zu prius perfectione s. prius; zu unum perfectione s. unus.

c) Vollkommenheit, d. i. Vollkommenheitsmoment: omnia appetendo proprias perfectiones appetunt ipsum Deum, th. I. 6. 1 ad 2; inquantum omnes perfectiones desideratae effluunt ab eo, ib. 2 c; Deus in se praehabet omnes perfectiones

creaturarum, ib. 13. 2 c; nihil enim prohibet hoc, quod est uni perfectioni suppositum, etiam alii supponi, cg. I. 39.

perfectus = fertig, vollendet, vollkommen: secundum hoc dicitur aliquid esse perfectum, secundum quod est in actu (im Zustande der Wirklichkeit), nam perfectum dicitur, cui nihil deest secundum modum (Maß) suae perfectionis, th. I. 4. 1 c; quod factum non est, perfectum proprie dici non potest, sed quia in his, quae fiunt, tunc dicitur esse aliquid perfectum, cum de potentia educitur (s. d. A.) in actum, transsumitur hoc nomen ‚perfectum' ad significandum omne illud, cui non deest esse in actu, sive hoc habet per modum perfectionis (Fertigstellung), sive non, ib. ad 1, vgl. cg. I. 28; unumquodque tunc perfectum est, quando potest sibi simile facere, th. I. 5. 4 c; unumquodque dicitur esse perfectum, inquantum attingit proprium finem, qui est ultima rei perfectio, ib. II. II. 184. 1 c. Zu actus perfecti s. motus; zu pax perfecta s. pax; zu prudentia perfecta s. prudentia; zu scientia perfecta s. scientia; zu species perfecta s. species; zu visio perfecta s. visio; zu voluntas perfecta s. voluntas. Es giebt ein perfectum simpliciter und ein perfectum secundum quid, d. i. ein einfachhin oder schlechtweg Vollkommenes und ein beziehungsweise Vollkommenes: perfectum dicitur aliquid dupliciter, uno modo simpliciter, in quo scilicet nullus defectus invenitur, nec secundum suam naturam, nec per respectum ad aliud; alio modo potest dici aliquid perfectum secundum quid, puta (z. B.) secundum suam naturam, aut statum, aut tempus, ib. 161. 1 ad 4; dies ist die strikte und streng gefaßte Unterscheidung zwischen beiden Arten. Dieselben lassen indessen auch eine etwas weniger strenge Unterscheidung zu, wobei man nicht bloß Gott, sondern auch jedes seiner Geschöpfe als ein perfectum simpliciter bezeichnen kann; die zweite Unterscheidung ist folgende: dupliciter potest dici aliquis perfectus, uno modo simpliciter, quae quidem perfectio attenditur (wird gemeint) secundum id, quod pertinet ad ipsam rei naturam, puta (z. B.) si dicatur animal perfectum, quando nihil ei deficit ex dispositione membrorum et aliis huiusmodi, quae requiruntur ad vitam animalis; alio modo dicitur aliquid perfectum secundum quid, quae quidem perfectio attenditur secundum aliquid exterius adiacens, puta in albedine vel nigredine vel aliquo huiusmodi, ib. 184. 1 ad 2.

Digitized by Google

Perfectus wird zunächst und eigentlich nur dann etwas genannt, wenn es zugleich den Namen bonus im eigentlichen Sinne dieses Wortes verdient (s. bonus); sodann wird aber der Ausdruck perfectus auch im uneigentlichen oder übertragenen Sinne gebraucht und bedeutet in diesem Falle so viel, als ganz und voll dasjenige ausprägend, was in eine Idee oder in einen Begriff hineingelegt wird, obgleich freilich die Sache an sich etwas Schlechtes ist: sicut perfectum, ita et bonum dicitur metaphorice in malis, dicitur enim et perfectus fur sive latro, et bonus fur sive latro, th. I. II. 55. 3 ad 1; vgl. ib. II. II. 14. 4 ad 1. — Zu passio perfecta s. passio.

perseverantia = Standhaftigkeit, Ausdauer, Beharrlichkeit: perseverantia tripliciter dicitur; quandoque enim significat habitum (s. d. A.) mentis, per quem homo firmiter stat, ne removeatur ab eo, quod est secundum virtutem, per tristitias irruentes, ut sic se habeat perseverantia ad tristitias, sicut continentia ad concupiscentias et delectationes; alio modo potest dici perseverantia habitus quidam, secundum quem homo habet propositum perseverandi in bono usque in finem; alio modo dicitur perseverantia continuatio quaedam boni usque ad finem vitae, th. I. II. 109. 10 c.

persona = a) Person: persona est rationalis naturae individua (s. d. A.) substantia, th. I. 29. 1 ob. 1, vgl. ib. 1 c u. ad 1—4; hypostasis et persona (welche gleichbedeutend sind) addunt supra rationem (Beziehung) essentiae principia individualia (s. d. A.), ib. 2 ad 3; de ratione personae est (zum Wesen der Person gehört es), quod sit incommunicabilis (ib. 30. 4 ob. 2), inquantum non potest de pluribus suppositis (s. d. A.) praedicari, ib. III. 3. 1 ad 2; non quaelibet substantia particularis est hypostasis vel persona, sed quae habet completam naturam speciei (die vollständige Natur und Wesenheit, wie sie der Art eines zur Welt gehörigen Wesens zukommt), ib. I. 75. 4 ad 2, vgl. ib. III. 2. 2 ad 3; res subsistens (s. d. A.) in intellectualibus naturis vocatur persona, cg. IV. 10; omne, quod subsistit in intellectuali vel rationali natura, habet rationem (Wesen) personae, ib. 35; nihil aliud est persona, quam hypostasis (hier = suppositum, s. d. A.) talis naturae, scilicet rationalis, ib. 38; individuum (s. d. A.) in genere substantiae dicitur hypostasis, in substantiis autem rationalibus dicitur etiam

Digitized by Google

persona, ib. 41. — Über den Grund, weshalb der Name persona einem individuum rationale beigelegt wird, gilt Folgendes: Quia in comoediis et tragoediis repraesentabantur aliqui homines famosi, impositum est hoc nomen ‚persona' ad significandum aliquos dignitatem habentes; unde consueverunt dici personae in ecclesiis, quae habent aliquam dignitatem. Propter quod quidam definiunt personam dicentes, quod persona est hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente. Et quia magnae dignitatis est, in rationali natura subsistere (s. d. A.), ideo omne individuum (s. d. A.) rationalis naturae dicitur persona, th. I. 29. 3 ad 2. Indessen id, ad quod significandum nomen (s. d. A.) imponitur, ist nicht immer id, a quo impositum est; den Ursprung des Namens erklärt diese Stelle: Nomen personae videtur traductum ex his personis, quae in comoediis tragoediisque homines repraesentabant, persona enim dicta est a personando, quia concavitate ipsa maior necesse est, ut volvatur sonus; Graeci vero has personas *πρόσωπα* vocant ab eo, quod ponantur in facie atque ante oculos obtegant vultum, ib. 3 ob 2. — Zu unio personae s. unio; zu unitas personae s. unitas.

b) Rolle, Stelle, Sinn, Meinung: Salomon inducit rationem illam ex persona insipientium, th. I. 75. 6 ad 1; ex quorum persona dicitur, ib. I. II. 29. 5 c; quasi ex persona Domini angelus loquebatur, ib. 98. 3 ad 1; in persona eius dicitur, ib. III. 48. 2 a; ex quorum persona dicitur, cg. II. 79, vgl. ib. III. 27; quod quidem ex persona blasphemantium inducitur, ib. 90; dicitur ex persona Domini, ib. 96.

personalitas = Persönlichkeit, d. i. diejenige Seinsbeziehung, wonach einem Wesen der Name persona (s. d. A.) gebührt: consequens est, quod non habet personalitatem propriam, th. III. 2. 2 ad 3. naturam humanam ad suam subsistentiam (s. d. A.) vel personalitatem trahit, cg. IV. 49.

personaliter = nach Weise einer Person, in der Bedeutung einer Person: videtur, quod hoc nomen ‚pater' non dicitur in divinis per prius (s. d. A.), secundum quod personaliter sumitur, th. I. 33. 3 ob. 1.

pervietas = Durchdringlichkeit, Durchsichtigkeit: color corporis (sc. gloriosi) non impedit pervietatem ipsius, th. III.[s] 85. 3 ad 2.

Digitized by Google

pervius = a) zugängig: et ideo ipse non potest esse pervius intellectui nostro, th. III.s 92. 1 ad 3; quae humanae rationi sunt pervia, cg. I. 3.

b) durchdringlich, durchsichtig: partes corporis gloriosi non erunt perviae, th. III.s 85. 1 ob. 1; comparantur vitro, non quia sint pervia, sed propter hanc similitudinem, ib. ad 2.

phantasia = Einbildungskraft, d. i. das Vermögen der sinnlichen Vorstellung, gleichbedeutend mit imaginatio (s. d. A.) und vis imaginativa (s. d. A.): phantasia sive imaginatio, quae idem sunt, est enim phantasia sive imaginatio quasi thesaurus quidam formarum per sensum acceptarum, th. I. 78. 4 c; falsitas non est propria sensui, sed phantasiae, ib. 17. 2 ob. 2.

b) reproduktive Einbildungskraft: phantasia ad vim imaginativam pertinet, th. I. 54. 5 ob. 3.

phantasma = Phantasiebild, sinnliche Vorstellung: phantasma est similitudo rei particularis, th. I. 84. 7 ad 2; phantasmata, cum sint similitudines individuorum (s. d. A.) et exsistant in organis corporeis, ib. 85. 1 ad 3, vgl. cg. II. 77. Aus den phantasmata gewinnt der intellectus durch Abstraktion (s. abstractio) die sogen. species intelligibiles (s. d. A.), und zwar mit Hülfe der vis cogitativa und memorativa (s. d. A.): indiget etiam anima ad intelligendum virtutibus (Kräfte) praeparantibus phantasmata ad hoc, quod fiant intelligibilia actu (in Wirklichkeit), scilicet virtute cogitativa et memorativa, cg. ib. 80, vgl. ib. 73. — Nihil sine phantasmate intelligit anima (th. I. 84. 7 a, vgl. cg. II. 80, die Übersetzung von *οὐδέποτε νοεῖ ἄνευ φαντάσματος ἡ ψυχή*, Aristoteles: de anim. l. 3. c. 7. p. 431. a. 17), oder, wie man gewöhnlich sagt, nihil intelligimus sine phantasmate, d. h. die Seele erkennt mit ihrem Intellekte nichts ohne sinnliche Vorstellung, da sie jede ihrer species intelligibiles (s. d. A.) aus einem phantasma herausziehen muß und, falls sie eine bereits abstrahierte species wieder in sich actu erneuern soll, durch die Einbildungskraft jedesmal das entsprechende phantasma hervorrufen läßt; vgl. cg. II. 73 u. 80.

philosophus = der Philosoph, worunter gewöhnlich Aristoteles zu verstehen ist, auch wenn nicht auf eines seiner Werke durch ein Citat verwiesen wird.

Digitized by Google

pietas = a) kindliche Verehrung, d. i. die Verehrung, welche man den Eltern und dem Vaterlande schuldet: pietas est (virtus), per quam redditur debitum parentibus vel patriae, th. I. II. 60. 3 c; pietas est quaedam protestatio caritatis, quam quis habet ad parentes et ad patriam, ib. II. II. 101. 3 ad 1; vgl. ib. 80. 1 c. Unter dem donum pietatis versteht man den habitus infusus, secundum quem cultum et officium exhibemus Deo ut patri, ib. 121. 1 c; vgl. ib. 80. 1 c, 101. 1 ad 1.

b) barmherzige Liebe: more vulgi nomen pietatis etiam in operibus misericordiae frequentatur, th. II. II. 101. 1 ad 2. Zu voluntas pietatis s. voluntas.

plus = mehr, weiter: malum in plus est (erstreckt sich über mehr, geht weiter, hat einen größeren Umfang), quam peccatum, sicut et bonum in plus est, quam rectum, th. I. II. 21. 1 c; peccatum est in plus, quam culpa, ib. 2 c; delectatio est in plus, quam gaudium, ib. 31. 3 c.

poena = Strafe: poena (consistit) in privatione (Beraubung) alicuius eorum, quibus utitur voluntas, th. I. 48. 6 c. Man unterscheidet als Arten der poena: 1. poena aeterna und poena temporalis (ib. I. II. 87. 5 c), d. i. die ewige und die zeitliche Strafe, mit andern Worten diejenige, welche die ganze Ewigkeit hindurch fortdauert, und diejenige, welche nur eine Zeit lang währt; 2. poena medicinalis und poena satisfactoria (ib. 3 ad 2 u. 6 c), d. i. die heilsame oder bessernde und die genugthuende Strafe, von denen letztere bloß zur Sühne für den begangenen Fehler, erstere aber zugleich auch zur Besserung des Fehlenden auferlegt wird; 3. poena sensibilis, d. i. die fühlbare oder sinnlich wahrnehmbare Strafe, quae consistit in privatione corporalium bonorum (s. d. A.), ib. I. 48. 6 c. — Zu malum poenae s. malum.

ponere = a) setzen, stellen, legen: nomen ‚individuum' ponitur in definitione personae, th. I. 29. 1 ad 3. Posita causa ponitur effectus, posita actione sequitur effectus, s. causa. — b) behaupten, ansetzen: ponitur circa suppositum importatum (ausgedrückt) per nomen substantivum, ib. 39. 5 ad 5; quidam posuerunt, quod Deus res in esse produxit, ib. 104. 3 c; temperantia (s. d. A.) ponitur virtus principalis, ib. II. II. 141. 7 c; error antiquorum philosophorum, qui ponebant, cg. II. 16; posuit enim Plato, ib. 74.

positio = a) Setzung, Stellung, Lage: status proprie loquendo significat quamdam positionis differentiam, th. II. II. 183. 1 c.

b) Behauptung: sed haec positio implicat contradictoria, th. I. 10. 5 c; haec positio est falsa, ib. 104. 3 c; quorum positiones scire poterant, cg. I. 2; diversi diversas positiones attulerunt, ib. IV. 35.

c) Unterstellung: quando tale est, quod qualibet positione facta sequitur illud esse ubique, th. I. 8. 4 c.

posse = können, vermögen: Nulla natura potest (i. e. aliquid) supra se ipsam, th. I. II. 109. 3 ad 2; unumquodque suae divisioni pro (gemäß seinem) posse repugnat, cg. I. 42; capit ipsam secundum totum posse eius, ib. III. 55. — Posse in aliquid heißt so viel, als mit seiner Macht an etwas reichen: virtus quaedam perfecta dicitur ex hoc, quod potest in opus perfecte bonum, th. I. II. 65. 4 c; ex perfectione gratiae consequitur, quod possit in actum clavium, ib. III.[s] 19. 4 c; nisi cognoscantur omnia, in quae potest, cg. I. 69; virtus aliqua non iudicatur parva, quae in parva potest, ib. 70; quantitas virtutis attenditur (kommt in Betracht) secundum ea, in quae potest, ib. III. 56.

possibilis = möglich, d. i. dasjenige, was zu sein oder zu existieren vermag. Was die Arten des possibile betrifft, so unterscheidet man zunächst das possibile, quod ad necessarium sequitur, und das possibile, quod opponitur necessario (vgl. cg. III. 86); ersteres ist dasjenige, was aus dem Notwendigen als Konsequenz folgt, weil es in und mit ihm gegeben ist (nam quod necesse est esse, possibile est esse, ib.), und letzteres dasjenige, welches zu dem Notwendigen einen Gegensatz bildet: possibile vel contingens, quod opponitur necessario, hoc in sua ratione (Begriff und Wesen) habet, quod non necesse sit, illud fieri, quando non est, ib.; vgl. th. I. 41. 4 ad 2. Von dem possibile, quod opponitur necessario, gewöhnlich auch schlechtweg possibile genannt, giebt es wieder zwei Arten, ein absolut oder innerlich Mögliches und ein relativ oder äußerlich Mögliches: possibile dicitur dupliciter, uno modo per respectum ad aliquam potentiam, sicut quod subditur humanae potentiae, dicitur possibile homini, alio modo absolute; dicitur autem aliquid possibile vel impossibile absolute ex habitudine (Verhalten) terminorum, possibile quidem, quia

praedicatum non repugnat subiecto, ut Socratem sedere, impossibile vero absolute, quia praedicatum repugnat subiecto, ut hominem esse asinum, ib. 25. 3 c, vgl. ib. 46. 1 ad 1. Possibile absolutum non dicitur neque secundum causas superiores, neque secundum causas inferiores, sed secundum seipsum, possibile vero, quod dicitur secundum aliquam potentiam, nominatur secundum proximam causam; unde ea, quae immediate nata sunt (s. d. A.) fieri a Deo solo, ut creare, iustificare et huiusmodi, dicuntur possibilia secundum causam superiorem, quae autem nata sunt fieri a causis inferioribus, dicuntur possibilia secundum causas inferiores, nam secundum conditionem (Beschaffenheit) causae proximae effectus habet contingentiam (s. d. A.) vel necessitatem, ib. 25. 3 ad 4. Man spricht auch von einem simpliciter possibile und einem possibile ex suppositione, d. i. von einem unbedingt und einem bedingt Möglichen: aliquid potest dici possibile vel impossibile dupliciter, uno modo simpliciter et absolute, alio modo ex suppositione, ib. III. 46. 2 c; im Grunde genommen sind aber diese beiden Arten mit den unmittelbar vorher genannten der Sache nach identisch.

posterius = später, nachher: quod praedicatur (s. d. A.) secundum prius et posterius, th. I. 5. 6 ad 3; tempus, quod nihil aliud est, quam numerus motus secundum prius et posterius, ib. 10. 1 c. Zu praedicare per s. secundum posterius s. praedicare.

postpraedicamentum = Nachkategorie, sekundäre oberste Gattung des Seins, d. i. diejenige Seinsweise, welche aus den eigentlichen obersten Gattungen des Seins (praedicamenta, s. d. A.) folgt und deshalb sie begleitet, — quae scilicet diversa rerum genera consequuntur, sicut sunt opposita et prius et posterius et alia huiusmodi, th. I. II. 49. 1 c. Im ganzen giebt es deren fünf, nämlich: oppositio, prioritas, simultas, motus, habitus (= Haben, Besitzen, s. habitus).

potentia = a) Vermögen, Kraft, Fähigkeit zu einer Thätigkeit: potentia est principium (und zwar pr. proximum, s. actio) operationis, th. I. 25. 1 ob. 3; potentia nihil aliud significat, quam principium alicuius actus (Thätigkeit), ib. 41. 4 c; potentia animae nihil aliud est, quam proximum principium operationis animae, ib. 78. 4 c; potentia est, secundum quam potentes dicimur aliquid agere vel pati, ib. III.[s] 70. 1 c. Die Ver-

schiedenheit der Vermögen richtet sich im allgemeinen nach der Verschiedenheit der Objekte und zwar der formalen Objekte (s. obiectum): potentia secundum illud, quod est potentia, ordinatur ad actum, unde oportet rationem (Wesen) potentiae accipi (hernehmen) ex actu, ad quem ordinatur, et per consequens oportet, quod ratio potentiae diversificetur, ut diversificatur ratio actus; ratio autem actus diversificatur secundum diversam rationem (Beziehung) obiecti, ib. I. 77. 3 c; non quaecumque diversitas obiectorum diversificat potentias animae, sed differentia eius, ad quod per se potentia respicit, sicut sensus per se respicit passibilem qualitatem, quae per se dividitur in colorem, sonum et huiusmodi, et ideo alia potentia sensitiva est coloris, scilicet visus, et alia soni, scilicet auditus; sed passibili qualitati aut colorato accidit esse musicum vel grammaticum, vel magnum et parvum, aut hominem vel lapidem, et ideo penes huiusmodi differentias potentiae animae non distinguuntur, ib.; diversitas rationum (Beziehungen) in obiectis requiritur, ad diversitatem potentiarum, non autem materialis diversitas, ib. 80. 1 ad 2; in distinctione potentiarum, habituum et actuum, quae attenditur (gemeint wird) secundum obiecta, attenditur (kommt in Betracht) principaliter distinctio, quae est secundum rationem formalem obiectorum, ib. I. II. 57. 2 ob. 2; vgl. ib. 54. 2 ad 1.

Die hauptsächlichsten Arten der potentia, sie im Sinne eines Vermögens oder einer Kraft verstanden, sind folgende: 1. potentia activa und potentia passiva, d. i. das Vermögen, etwas zu thun und zu wirken, und das Vermögen, etwas zu leiden (s. pati) — potentia activa est principium agendi in aliud, potentia vero passiva est principium patiendi ab alio, th. I. 25. 1 c; omnis actio vel est potentiae activae vel passivae; obiectum autem comparatur ad actum potentiae passivae sicut principium et causa movens, color enim, inquantum movet visum, est principium visionis; ad actum autem potentiae activae comparatur obiectum ut terminus et finis, sicut augmentativae virtutis (Kraft des Wachstums) obiectum est quantum (Größe) perfectum, quod est finis augmenti, ib. 77. 3 c; potentia activa comparatur ad suum obiectum ut ens in actu (im Zustande der Wirklichkeit) ad ens in potentia (im Zustande der Möglichkeit), potentia autem passiva comparatur ad suum obiectum e converso ut ens in potentia ad ens

in actu, ib. 79. 7 c; vgl. cg. I. 20, II. 7 u. 25; 2. potentia apprehensiva und potentia appetitiva (cg. II. 74), d. i. das Vermögen des Erkennens und das des Begehrens, beides sowohl auf das übersinnliche, als auf das sinnliche Gebiet bezogen; 3. potentia cognoscitiva (th. I. 12. 9 ad 2, II. II. 174. 1 ad 3, cg. I. 31), d. i. das Erkenntnisvermögen, identisch mit potentia apprehensiva; 4. potentia coniuncti s. compositi und potentia solius animae (th. I. 77. 8 ad 2, vgl. ib. 5 u. 6 c), d. i. das Vermögen, welches an dem ganzen, aus Leib und Seele bestehenden Menschen, und dasjenige, welches an dessen Seele allein sein Subjekt hat, mit andern Worten das organische und das überorganische Vermögen; 5. potentia imperans, potentia dirigens und potentia exsecutiva s. exsequens (ib. I. 25. 5 ad 1, I. II. 16. 1 ob. 2, 17. 2 ob. 1 u. ad 1), d. i. das Vermögen, welches eine Bewegung oder Thätigkeit anordnet, dasjenige, welches dieselbe leitet, und dasjenige, welches sie ausführt; 6. potentia libera und potentia ligata, d. i. dasjenige aktive oder passive Vermögen, welches zu einer bestimmten Thätigkeit nicht determiniert ist, und dasjenige, bei welchem dies wohl statthat, vgl. ib. III.s 82. 1 ad 2; 7. potentia perspectiva (cg. II. 69), d. i. das Vermögen der übersinnlichen Erkenntnis; 8. potentia rationalis und potentia irrationalis (th. I. II. 8. 1 ad 2), d. i. das Vermögen, welches zu dem vernünftigen oder geistigen, und dasjenige, welches zu dem unvernünftigen oder sinnlichen Teile (s. pars) der menschlichen Seele gehört, vgl. rationalis.

b) Macht, Gewalt: rex enim dicitur esse in toto regno, scilicet per suam potentiam, th. I. 8. 3 c; oportet dicere, quod Deus sit in omnibus per potentiam suam, ib.; in potentia creatoris fuit, ut res essent, ib. 9. 2 c; nihil potest esse in potentia divina, quod non possit esse in voluntate iusta ipsius et intellectu sapiente eius, ib. 25. 5 ad 1; dixit se in armorum potentia missum, cg. I. 6; similiter autem nec in mundana potentia summum hominis bonum esse potest, ib. III. 31. — Man unterscheidet bei Gott eine potentia absoluta und eine potentia ordinaria (th. I. 25. 5 ad 1) und versteht unter jener die göttliche Allmacht schlechtweg und unter dieser die Macht Gottes zu allem, was er erschaffen und thun will.

Digitized by Google

c) Möglichkeit, Zustand der Möglichkeit zu etwas: potentia dicitur ad (von Möglichkeit spricht man im Hinblick auf) possibile, th. I. 41. 4 ob. 2; duplex est potentia, scilicet potentia ad esse et potentia ad agere, ib. I. II. 55. 2 c; nihil movetur, nisi secundum quod est in potentia ad illud, ad quod movetur, ib. I. 2. 3 c; si igitur attendatur (wird gemeint) mutabilitas rei secundum potentiam ad esse, ib. 9. 2 c. — Actus simpliciter prior est potentia, s. actus.

Im Sinne von Möglichkeit verstanden, zählt die potentia hauptsächlich folgende Arten: 1. potentia completa und potentia incompleta (ib. 55. 2 c, 58. 1 c; vgl. ib. 66. 2 c, cg. II. 98), d. i. die durch die Wirklichkeit vollständig und die dadurch noch nicht vollständig ausgefüllte oder erreichte Möglichkeit; 2. potentia essentialis (cg. II. 74), d. i. die wesenhafte Möglichkeit oder die in dem Wesen eines Dinges begründete Möglichkeit, etwas zu sein (potentia ad esse, s. oben); 3. potentia obedientiae s. obedientialis (th. III. 11. 1 c, III.s 91. 1 ad 3), d. i. die Möglichkeit des Gehorsams oder der Unterwürfigkeit, mit andern Worten, die Möglichkeit der Naturwesen zu diesem und jenem, was sie nur durch das unmittelbare Eingreifen Gottes werden können; 4. potentia propinqua und potentia remota (cg. III. 102), d. i. die nähere und entfernte Möglichkeit zu etwas, von diesem aus gerechnet; 5. potentia pura (ib. I. 17), die reine und lautere Möglichkeit, d. i. dasjenige, was seinem Begriffe nach nichts anders, als Möglichkeit ist und seinen diametralen Gegensatz an dem actus purus (s. d. A.) hat.

d) Geltung: ius naturale semper et ubique, quantum est de se, habet eamdem potentiam, sed per accidens propter aliquod impedimentum quandoque et alicubi potest variari, th. III.s 65. 2 ad 1.

potentialis = a) möglich, sich nach Weise einer Möglichkeit verhaltend: cum igitur in Deo nihil sit potentiale, th. I. 3. 4 c.

b) zu einer Kraft gehörig: partes autem potentiales alicuius virtutis dicuntur virtutes adiunctae, th. II. II. 48. 1 c. — Zu pars potentialis s. pars; zu totum potentiale s. totum.

potentialitas = Möglichkeit, d. i. diejenige Seinsbeziehung, wonach etwas ein possibile oder eine potentia genannt wird: cum igitur Deus nihil potentialitatis habeat, th. I. 14. 2 c; vgl. cg. I. 21;

Digitized by Google

intelligentia est plena formis, quia scilicet tota potentialitas intellectus eius completa est, cg. II. 98.

potestas = a) Kraft, Vermögen, Fähigkeit: potestates rationales sunt ad opposita, th. I. 62. 8 ob. 2; potestates infusae sunt priores actibus, sicut et naturales, ib. III.[s] 39. 2 c.

